

sicut scriptum est · Quia patrem multarum gentium posui te ante
dm̄ cui credidisti · Qui uiuificat mortuos · & uocat ea quae
non sunt tamquam quae sunt · qui contra spem in spe credidit ·
Ut fieret pater multarum gentium · secundum quod dictum est eq ·
Sic erit semen tuum sicut stellae cadi · & non infirmatus est fide ·
nec consideauit corpus suum emortuum · Cum fere centum es
set annorum · & emortuam uuluam sarrae · In repromissione
dei non hesitauit diffidentia · sed confortatus est fide dans
gloriam dō · Plenissime sciens quia quae cumque promisit dr̄
potens est & facere · Ideo & reputatum est illi ad iustitiam · Non
est autem scriptum tantum propter ipsum · quia reputatum
est illi · sed propter nos quibus reputabitur · credentibus in eū ·
Qui surrexit ihm̄ dm̄ nostrum a mortuis · qui traditus est
propter delicta nostra · & resurrexit propter iustificationem
nostram ·
Iustificati igitur ex fide · pacem habeamus ad dm̄ per dnm̄ nrm̄
ihm̄ xpm̄ · Per quem & accessum habemus fide in gratiam istā
in qua stamus · & gloriamur in spe gloriae filiorum dei · Non
solum autem · sed & gloriamur in tribulationibus · scientes
quod tribulatio patientiam operatur · Patientia autem pro
bationem · probatio uero spem · spes autem non confundit ·
Quia caritas dei diffusa est in cordibus nostris · per spm̄ sanc̄m
qui datus est nobis ·
Ut quid enim xpc̄ cum adhuc infirmi essemus · secundum
tempus pro impiis mortuus est · Ux pro iusto quis mori
tur · nam pro bono forsitan quis audeat mori · Commen
dat autem suam caritatem dr̄ in nobis · Qm̄ cum adhuc pecca
tores essemus xpc̄ pro nobis mortuus est · Multo igitur

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
WÜRTTEMBERGISCHE LANDESBIBLIOTHEK STUTTGART
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Württembergische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/wlb_codbiblfol80/0017